



Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] liceat aliquid vendere pluris quàm valeat? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

QVÆST. LXXVII. ART. I. 223

Ad tertium dicendum, quod ratio illa procedit de maledictione, secundum quod importat imperium.

QVÆST. LXXVII.

De fraudulentia, in emptionibus, & venditionibus contingente, in quatuor articulos divisa.

D Einde considerandum est de peccatis, quæ sunt circa voluntaria scommutationes. Et primò de fraudulentia, quæ committitur in emptionibus & venditionibus. Secundo, de viura, quæ fit in mutuis. Circa alias enim commutationes voluntarias non inuenitur aliqua species peccati, quæ distinguitur à rapina, vel furto.

¶ Circa primum queruntur quatuor.

¶ Primo, de iniusta vēditione ex parte pretij, scilicet utrū liceat aliquid vēdere plus quam valeat.

¶ Secundo, de iniusta venditione ex parte rei venditæ.

¶ Tertio, vtrum vendor teneatur dicere vitium rei venditæ?

¶ Quarto, vtrum licitum sit aliquid negotiando plus vendere, quam emptum sit?

ARTIC. I.

Vtrum licite aliquis possit vendere rem, plus quam valeat?

A D primum sic proceditur. Videlur, quod aliquis licite possit vendere rem, plus quam valeat. 413
Iustum enim in commutationibus humanæ virtutum secundum leges civiles determinatur. Sed secundum eas licitum est empori & venditori, ut se inuicem decipiant. Quod quidem fit, in quantum vendor plus vendit rem, quam valeat; empor autem minus quam valeat. Ergo licitum est quod aliquis vendat rem plus quam valeat.

¶ 2 Præterea, illud quod est omnibus commune, videtur esse naturale, & non esse peccatum. Sed sicut Augustinus refert 13. * de Trinitate, Dictum cuiusdam Mimi fuit ab omnibus acceptum, Vili vultus

cme-

4. dif. 13.
q. 3. a. 1.
q. 1. cor.
et q. 2. a.
cor. et 10
cap. 1. de
empt. &
vend.

c. 3. paulo
a prince
ta. 3.

emere, & carè vendere. Cui etiam consonat quod dicitur Proutr. 20. Malum est, malum est, dicit omnis emperor: & cum recesserit, gloriatitur. Ergo licitum est aliquid carius vendere, & vilius emere, quam valeat.

¶ 3 Præterea, Non videtur esse illicitum, si ex conventione agatur id, quod fieri debet ex debito honestatis. Sed secundum Philos. in * 8. Ethic. in no. 10. 5.

c. 13. non longè a fi
n. 10. 5.

amicitia utilis recompensatio fieri debet secundum utilitatem, quam consecutus est ille, qui beneficium suscepit. Quæ quidem quandoque excedit valorē rei data: sicut contingit cum aliquis multum re aliqua indiget, vel ad periculum cuiusdam, vel ad aliquid commodum consequendum. Ergo licet in contractu emptionis & venditionis aliquid dare pro maiori pretio, quam valeat.

SED contra est, quod dicitur Matth. 7. Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Sed nullus vult sibi rem vendi carius, quam valeat. Ergo nullus debet alteri vendere rem carius, quam valeat.

RESPONDEO dicendum, quod fraudē adhibere, ad hoc quod aliquid plus iusto pretio vēdatur, omnino peccatum est, in quanti aliquis decipit proximum in damnum ipsius. Vnde & Tullius dicit in lib. * de offic. Tollendum est ex rebus contrahendis omne mendacium, non licitatem venditor, nec qui contra fēlicitatem, emptor opponet. Si autem fraus deficit, tunc de emptione, & venditione duplicitate lequi possimus. Vno modo secundum se: & secundum hoc emptio & venditio videtur esse introducta pro communi utilitate vniuersique, dum scilicet unus indiget re alterius, & ē conuersio; sicut patet per Philos. in 1. * Polit. Quod autem pro communi utilitate induitum est, non debet esse magis in grauam vnius, quam alterius. Et ideo debet secundum æqualitatem rei inter eos contractus institui. Quantitas autem rei, quæ in usum hominis venit, mensuratur secundum pretium

cir. med.
illius.

c. 13. § 6.
10. 5.

c. 5. 10. 5.

di
nis
tām
i ex
pito
nū
mū
reī
ua
uod
actu
pre
ia
vos
us,
rem
ch-
tur,
pro-
ndis
qui
raus
citer
dum
pro
indī
elos.
e in-
ius,
tem
rei,
ma
n

premium datum: ad quod est inuentum nunisima, ut dicitur in * 5. Ethic. Et ideo si vel premium exce-
dat quantitatem valoris rei, vel ē conuerso res exce-
dat premium, tolletur iustitia æqualitas. Et ideo ca-
rius vendere vel vilius emere rem, quam valeat, est
secundum se iustum & illicitum Alio modo possu-
mus loqui de emptione & venditione, secundū quod
per accidens cedit in utilitatem vnius & detrimentum
alterius: puta cum aliquis multum indiget habe-
re rem aliquam, & alius lēditur, si ea careat. Et in
tali casu iustum premium erit, vt non solum respiciatur
ad rem quæ venditur, sed ad dampnum quod ven-
ditor ex venditione incurrit. Et sic licet poterit ali-
quid vendi plus quam valeat, secundum se, quamvis
non vendatur plus quam valeat habenti. Si vero ali-
quis multum iuuetur ex re alterius, quam accepit; il-
le vero qui vendit, nō damnificatur carendo re illa:
non debet eam superuendere: quia utilitas quæ al-
teri accrescit, non est ex vendente, sed ex condi-
tione ementis. Nullus autem debet vendere alteri,
quod non est suum: licet possit ei vendere damnum
quod patitur. Ille tamen qui ex re alterius accepta-
multū iuuatur, potest propria sponte aliquid videnti
supererogare: quod pertinet ad eius honestatem.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut supra di-
ctum* est, Lex humana populo datur, in quo sūt mul-
ti à virtute deficients, non autem datur soluna vir-
tuosis. Et ideo lex humana non potuit prohibere
quicquid est contra virtutē: sed ei sufficit ut prohibe-
at ea, quæ destruunt hominū cōiunctū; alia vero ha-
beat quasi licita: nō quia ea approbet, sed quia ea nō
punit. Sic ergo habet quasi licitū, pēnā nō inducēs, si
absque fraude vendor i.e. suā superuendat, aut em-
ptor vilius emat, nisi sit nimius excessus, quia tunc ēt
lex humana cogit ad restituēdū: puta si aliquis sit de-
cepitus vltra dimidiā iusti pretij quātitatē. Sed lex di-
uina nihil impunitū relinquit, qđ si virtuti cōtrariū:
vnde secundum diuinā legem illicitū reputatur, si in-

Sec. sec. Vol. ij.

P em-

1.2.q.96.
47.2.

226 QVÆST. LXXVII. ART. I.
emptione & venditione non sit qualitas iustitiae obseruata. Et tenetur ille qui plus habet, recompensare ei qui damnificatus est, si sit notabile damnum. Quod idem dico: quia iustum pretium rerum non est punctualiter determinatum, sed magis in quadam estimatione consistit: ita quod modica additio vel minutio non videtur tollere aequalitatem iustitiae.

*locis citis
in arg.* Ad secundum dicendum, quod sicut Aug. ibidem dicit⁸, Minus ille vel seipsum intuendo, vel alios experiendo, vili velle emere, & care vendere, omnibus id credit esse commune. Sed quoniam reuera vitium est, potest quisque adipisci huiusmodi iustitiam, qua huic resistat & vincat. Et ponit exemplum de quodam qui modicum pretium de quodam libro propter ignorantiam postulanti iustum pretium dedit. Vnde patet quod illud commune desiderium non est naturæ, sed vitij. Et ideo commune est multis, qui per latam viam vitiorum incedunt.

Ad tertium dicendum, quod in iustitia communitativa consideratur principaliter aequalitas rei. Sed in amicitia utilis, consideratur aequalitas utilitatis. Et ideo recompensatio fieri debet secundum utilitatem perceptam: in emptione vero secundum aequalitatem rei.

ARTIC. II.

Vtrum venditio reddatur illi: ita propter defectum rei venditæ?

414

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod venditio non reddatur iniusta & illicita propter defectum rei venditæ. Minus enim cætera sunt pensanda in re, quam rei species substantialis. Sed propter defectum speciei substantialis non videtur reddi venditio rei illicita: puta si aliquis vendat argentum vel aurum alchimicum: pro vero quod est viile ad omnes humanos usus, ad quos necessarium est argenum & aurum, pura ad usum & ad alia huiusmodi. Ergo multo minus erit illicita venditio, si fit defectus in alijs.

¶ 2 Prae-